UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Johanne episcopo augustudusi. Cap[itulum]. cxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Abdias epiſcopus babylonie fuit: qui a ſanctis apl'is Simone ꝛ Juda in fide chriſti doctus: eorumqꝫ diſcipulus: et ab eiſdem conſecratus eſt epiſcopus. Qui poſt martyrium apoſtolorum eorum paſſionem hebraica lingua conſcripſit: quam eutropius epiſcopus filius Xerxis regis: de quo dictum eſt ſupra pridie kalendas maij: in grecum tranſtulit: eamqꝫ poſtmodum aphricanus in latinum vertit. Hic in ciuitate babylonie perſaruꝫ predicationis officio fideliter inſtitit: eoqꝫ ſolicite adminiſtrato in pace quieuit: ſepult' babylonie iuxta corpora apl'orū.

¶ De ſancto Pharone epo. Cap.cxvij.

Pharo epiſcopus meldeñ. claruit apud ipſaꝫ ciuitatē. Hic fuit frater ſctē phare virginis: de qua ſupra dictū eſt.vij. idus decembris. Qui ꝛ prepoſitus palatio clotharij: et theodeberti: et theodorici regum francorum ſtrenue regalia adminiſtrabat. Dum autem ad pharam ſororem ſuaꝫ viſitandā vocatus acceſſiſſet: ab eodem ſuaſus ſeculū reliquit. Et cōmuni voto ipſius ꝛ coniugis blidechildis ipſe clericatum aſſumpſit: vxoremqꝫ ſacro velamine conſecrari fecit. Ipſe autem miſericordie operibus ſolicite intentus domino deuote ſeruiuit: eccleſiā ſancti ſtephani ciuitatis meldenſis pauperrimā copioſe ditauit: ꝛ in ea in dñi obſequio reſedit. Hic etiā chilenum fratrem ſuum ad prouinciaꝫ attrebatenſem ad predicandum miſit: qui ibidem miraculis claruit. ¶ Die quodam cum eodeꝫ chileno pharo ad menſam ſedebat: ꝛ vas vitreum vino plenum cadens in terram confractum eſt: quod ſanctus chilenus reintegrauit: vinumqꝫ effuſum adeo in vaſe recuperauit: ꝙ neqꝫ terra madefacta videretur: recuperatumqꝫ vinum chilenus pharoni preſentauit: ꝛ pharo deo gratias egit. Mortuo ꝯo valpetro epiſcopo: pharo ab omni populo in ſucceſſoreꝫ eligitur: ꝛ a rege clothario approbat. Qui cum die paſche pueros cōfirmaret: infantem a natiuitate cecū chriſmate perungens illuminauit. ¶ Tranſiens per ciuitatē ante carceres vinctos a vinculis abſolutos de cuſtodia ſolo verbo eduxit. Uerum cū aliquādo allectus de memoria pulchritudinis eius vxoris: ad eā miſit: vt ſe viſitaret. Illa autem cum bis recuſaſſet: tādem tertio vocata cilicio induta ꝛ vultu abiecta ad eum venit: ꝛ ſancti viri immundam cogitationem extinxit. ¶ Dum aūt nauis quedam cum multis in flumine fuiſſet ſubmerſa: pharo ad ripam amnis accedēs tādiu terre pſtratus orauit: donec nauis cum omnibus qui ſubmerſi fuerant viuentibus emerſit: et ad fluminis ripam peruenit. ¶ Cum ad preces andeui epiſcopi eccleſiam in ſolo rothomagēſi cum ſanctis amando et eligio dedicaret: et tabula marmorea altari conſecrato ſuperponi deberet caſu de manibus miniſtroruꝫ collapſa per medium ſciſſa eſt. Quam ſanctus pharo cum ceteris epiſcopis ſuis orōnibus reintegrauit. Qui epiſcopatum ſuum feliciter per annos.lxvi.gubernauit: et clarus ſanctitate ad chriſtum migrauit.v.kalen.nouembris.

¶ De ſancta Cyrilla virgine ꝛ martyre. Cap.cxviij.

Cyrilla vgo et martyr: Rome paſſa eſt ſub claudio imperatore. Hec olī filia decij ceſaris vna cum matre tryphonia regina ad chriſtum conuerſa: ꝛ a ſancto preſbytero iuſtino baptizata eſt: vt dictum eſt ſupra in legenda tryphonie regine decimoquinto kalendas nouembris. Mortuo ꝯo tryphonia claudius cyrillam teneri fecit cum militibus quadragintaſex: de quibus ſupra in eoruꝫ paſſione actum eſt.viij.kalen. nouēbris. Quibus omnibus martyrizatis imperator cyrillam ſacrificare nolentem: gladio necari precepit. Cuius corpus iuſtinus preſbyter iuxta corpora hippolyti martyris ꝛ ſociorum ſepeliuit quinto kalē.nouembris; vbi et tryphoniam reginam ipſe recondera.

¶ De ſancto Johanne epiſcopo auguſtuduñ. Cap.cxix.

Iohānes epiſcopus auguſtuduneñ. vt ſcribit Beda lib.v. cap.ij. de geſtis anglorum: mira ſanctitate claruit. Hic longe a ciuitate ſua fere miliario cū dimidio manſionem ſecretiorē nemore circūdatam habebat: in qua per totā quadrageſimā manere cōſueuerat: habēs ſecū paucos viros ſpūales: cū quibus deo vacaret: ꝛ pauperē quēpiam in quo xp̄m refoueret. Cū aūt ſemel incipiēte.xl.illuc veniſſet: ꝛ adoleſcentē mutū a natiuitate totūqꝫ ſcabioſum ꝛ in capite furfureū ſecū aſſumpſiſſet: eidē quo

tidianū victum preſtans: finita prima quadrageſime ſeptima dū linguā eius breuiſſimā tetigit ſigno crucis edito loquendi ei facultatē et vſum conceſſit. Scabredinē autem eius adhibito medico curari fecit. Ita vt capillis pulcherrimis ⁊ criſpis: lipido vultu ⁊ noua loquela decoratus: quodāmodo reiuueniſſe videret. ¶ Quadā die ad monaſteriū virginū: qđ netadum dicit deuenit: vbi erat virgo quedā abbatiſſe carnalis filia: quā in ſeculo ex marito genuerat: que ex flebothomia in .iiij. luna facta brachiū adeo tumefactū habebat: ꝙ ipſius omnino vſu carebat. Quā dū ſanctus vir: ad ꝓces abbatiſſe tetigit: confeſtim brachiū eius ſanū fecit. ¶ In villa duummiliū cum eccleſiam conſecraſſet: et miſſam celebraſſet: vxori comitis buci que diebus .xl. ipos corporis graui calore detenta iacuerat: de aqua conſecrationis benedicta miſit: vt ipa exinde biberet ⁊ corpus ablueret. Quod dū ille feciſſet ab omni mox egritudine ſanata ſurrexit: ⁊ cōtinuo diſcūbentibꝰ in menſa miniſtrauit. ¶ Aliquo quoqꝫ tpe vocatus ad dedicandū aliam eccleſiā: comitis addi: officio peracto ad vnū ex pueris comitis graui languore detentū iamqꝫ in extremis laborantē intrauit: ⁊ eū benedicens ad menſam cū comite diſcubuit. Cū aūt puer poſt modicū bibere petiiſſet: ⁊ iohannes vinum a ſe benedictum ei miſiſſet: puer potans illud ſtatim valens de lecto ſurrexit: ⁊ cū ceteris ad menſam comedit.

¶ Cū ad quoddā monaſteriū pergeret: ⁊ iuuenes equitantes equos ad curſum certatim cōpellerent: vnus illorū a ſancto viro currere prohibitus dū curſū cepit: lapſus in lapide caput colliſit: ⁊ cerebrū pene excutiens: die illo ⁊ nocte quaſi mortuus iacuit. Pro quo vir dñi in oratione pernoctans mane caput eius tetigit: ⁊ ab omni protinus dolore ⁊ leſione curauit. Primo tamē ipm confitentē: ꝙ a quodā preſbytero heretico fuerat baptizatus catholice baptizauit. Manſit aūt in epiſcopatu annis .xxxiij. Et pre nimia ſenectute adminiſtrare nō valens ſucceſſorem ſibi vifridum ordinauit: ⁊ epiſcopatui reſignans in monaſterio predicto habitauit: vbi ⁊ in pace quieuit .iiij. kalen. nouēbris. Sepultuſqꝫ eſt in porticu ſancti petri in monaſterio qđ dicit ſilua clerorū anno dñi .cccccccxxi.

¶ De ſancto Narciſſo epo. Cap. cxx.

NArciſſus epūs hieroſolymorū tēpore aurelij Antonini imperatoris claruit. Qui multis miraculis coruſcauit. Die quadam in vigilia paſche dū oleū luminaribus deeſſet: nec vnde infunderet haberent aquā benedixit: ⁊ lampadibus infundi fecit: ⁊ pluſqꝫ eſſet oleum lumen fouit: ⁊ claram lucem reddidit. Quodam ṽo tēpore dum a quibuſdam emulis de facinoribus certis criminatus eſſet: tres teſtes ſub iuramēto contra eum depoſuerunt. Quorū primus ſibi imprecatus eſt: ꝙ niſi verum diceret igne conſumeret. Secūdus ꝙ a morbo regio cruciaretur. Tertiꝰ ꝙ oculorū lumine priuaretur. Et ꝙuis his non obſtantibus: a populo innocēs iudicatus eſſet: furori emulorū ſanctus vir cedere voluit: ⁊ deſertum petens dudum ſolitariam vitam duxit. Teſtis aūt primus qui in eum mentitus fuerat cum omni domo ſua fulmine arſit. Secundus morbo regio a planta vſqꝫ ad verticē percuſſus interijt. Tertius ṽo hec videns ad penitētiam redijt: ⁊ veritate coram omni populo depoſita diu peccatum ſuū defleuit: donec lachrymarū inūdantia lumen oculorū amiſit. populus autē hieruſalem narciſſum diu requirēs et nuſqꝫ inueniens: dionyſium ſanctum virum ſibi ſubſtituit. Cui poſt modicum decedenti germanius: et germanio vigordius ſucceſſit. Cuius tēpore narciſſus repertus cum iam ſenex eſſet: ꝙuis dudum renitens ad ſedem ſuam cum gloria reductus eſt: ⁊ vigordius ſponte epiſcopatui reſignauit. Cum ṽo ex nimio ſenio iam epiſcopatū adminiſtrare non poſſet: diuina reuelatione alexandrum virum ſanctū: qui de cappadocia hieroſolymam cauſa peregrinatiōis venerat: loco ſui ordinādum conſtituit: vt in ipſius ſancta legenda dictum eſt ſupra decimoquīto kalendas aprilis. Ipſe ṽo reliquū ſue ſenilis etatis orationibus exegit: ⁊ quarto kalēdas nouembris ad chriſtum migrauit.

¶ De ſancto zenobio preſbytero et martyre. Cap. cxxi.

ZEnobius preſbyter ⁊ martyr apud ſidonem vrbem paleſtinorum paſſus eſt. Qui ſub diocletiani et maximiani auguſtorum perſecutione pro nōie chriſti inuicta cōfeſſione gladio capite ceſus: glorioſo martyrio coronatus eſt .iiij. kalen. nouembris: vt ait ado.

¶ De ſancto Serapione epo. Cap. cxxij.

SErapion epiſcopus apud aphricā vir eruditiſſimus fuit: ⁊ fide clariſſimꝰ atqꝫ virtute mirabilis: qui vt ſcribit hieronymus libro de viris illuſtribus videcimo cōmodi imperatoris anno āntiochie epiſcopus ordinatus eſt. Hic fidei confeſſione inſignis ſcripſit epiſtolam ad carinum ⁊ pontium de hereſi montani eam va-